



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

D. Dionysii Carthusiani, luculenta iuxta ac compendiaria in Acta apostolorum exegesis siue commentaria

Dionysius <Cartusianus>

Coloniæ, 1532

VD16 D 1926

Epistola. I. ad Thessalonicenses habet Capi. V. In qua Apostolus ipsos Thessalonicenses collaudat: quia verbo veritatis accepto, cum persecutionem paterentur a ciuibus suis, perstiterunt in fide: nec ...

urn:nbn:de:hbz:466:1-38702

EPITO. EX EPI. AD THES. I.

Epistola. I. ad Theffalonicenses habet Capi. V. In qua Apostolus ipsos Theffalonicenses collaudat; quia verbo veritatis accepto, cum persecutionem paterentur a ciuibus suis, perstiterunt in fide; nec falsos apostolos receperunt

¶ Caput. I.

Evangeliū nostrum ad vos non fuit in sermone tñ, sed in virtute & in spiritu sancto, & in plenitudine multa. Conuersi estis seruire deo vero & viuo, & expectare filium eius de cælis.

¶ Cap. 2.

¶ Loquimur nō quasi hominibus placentes, sed deo q̄ probat corda nostra. Peruenit ira dei super Iudæos vsque in finem.

¶ Cap. 3.

¶ Nemo moueatur in tribulationibus, quia in hoc positi sumus. Nunc vti timus, si vos statis in domino. Ipse deus & pater noster & dominus Iesus Christus dirigat viam nostram, & abundare faciat charitatem nostram in inuicem & in omnes.

¶ Cap. 4.

¶ Hæc est voluntas dei sanctificatio vestra, vt sciat vnusquisque vñm vas suū possidere in sanctificatione & honore. Ne quis circumuentat fratrem suum. Itaq̄ qui hæc spernit, non hoīem spernit sed deum. Rogamus vos ifes vt abundetis magis, & operā detis vt quieti sitis. Honestè ambuletis ad eos qui foris sunt, & nullius aliquid desyderetis. Nolumus vos ignorare de dormientibus, vt non contristemini sicut & cæteri qui spem non habent. Si enim credimus quod Iesus mortuus est & resurrexit, ira & deus eos qui dormierunt per Iesum adducet cum eo.

D. DIONY. A RICK. CART.
Ipse dominus in iussu & in voce archangeli, & in tuba
dei descendet de caelo, &c.

¶ Cap. 5. & ult.

¶ Dies domini sicut fur in nocte ita veniet. Non dormiamus sicut & ceteri, sed vigilemus & sobrii simus induiti lorica[m] fidei & charitatis, & galeam spem salutis. Christus mortuus est pro nobis, ut siue vigilemus siue dormiamus, simul cum illo viuamus. Rogamus vos fratres ut noueritis eos qui laborant inter vos, & praesunt vobis in domino, & monent vos, ut habeatis illos abundantius in charitate. Propter opus illorum pacem habete cum illis. Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videre ne quis malum pro malo reddat, sed semper quod bonum est sectamini in inuicem & in omnes. Semper gaudete, sine intermissione orate, in omnibus gratias agite. Spiritum nolite extinguere. Omnia probate, quod bonum est tenete. Ab omni specie mala abstinete vos. Deus pacis sanctificet vos per omnia, ut integer spiritus vester, & anima, & corpus sine querela in aduentu domini nostri Iesu Christi seruetur. Fidelis deus qui vocauit vos, qui etiam faciet.

Epistola II. ad Thess. habet Cap. III
In qua Apostolus eosdem instruit de
temporibus nouissimis: de aduentu,
persequutione & fallacia Antichristi
de ipsius exaltatione atque ruina.

¶ Caput. I.



In reuelatione domini nostri Iesu Christi de caelo cum angelis virtutis eius, in flamma ignis dantis vindictam, his qui non nouerunt deum, & qui non obediunt euangelio Iesu Christi, poenas dabunt in iudicio aeternas, a facie domini, & a gloria